



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantini ad Eusebium & alios episcopos, vt magistratum procuratione
aedificarentur ecclesiae. Cap. XLV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

maximam partem saluari Christi fidei se addixissent misit. Qui vero Gentilium consuetudine ac ritus imitari visi sunt, his ne sacrificia eidolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui præfectorum honores suo splendore superabant. Aut enim si Christiani erant, ita se gerere præcepit, uti appellationis ipsorum dignitas postulabat, aut si aliter animo affecti, mandauit, ne eidolis hostias offerrent.

*De legibus quæ prohibuerunt sacrificia, sacras autem
ædes extruere mandauerunt.*

CAP. XLIIII.

DEinceps duæ leges in eandem sententiam promulgabantur: altera, quæ vetuit detestabilia idolotariæ scelera, quæ iam olim in quaque ciuitate & regione fieri consueuissent, & ne quisquam vel statuas erigere, curiosas & superuacaneas diuinationes moliri, vel denique sacrificare auderet: altera, quæ iussit templa exedificare, deiq; ecclesias, tum longitudine, tum latitudine ampliores effici: ut in posterum omnes homines (ut complectar breui) insano illo & superstitioso multorum deorum colendorum ritu è medio sublato, Deo opt. max. reconciliarentur. Talia enim tum animo instituere, tum his qui prouinciis præfuerunt per literas significare, imperatorem sua ipsius erga deum sanctorum testimonia incitauit. Lex præterea illud est in se complexa, ut pecuniis largiendis non parceretur, sed à thesauro regio promerentur ad parandas res illis institutis necessarias. Quinetiam ad ecclesiarum præfides passim de eiusmodi rebus literas dare dignatus est, hæcque primas ad me misit.

Victor Constantinus Max. Augustus Eusebio. S.

Constantini ad Eusebium & alios episcopos, ut magistratum procuratione edificarentur ecclesie.

CAP. XLV.

Quemadmodum ad hoc usque tempus ob impiæ uoluntatis institutum & grauem tyrannidem seruos dei persequentem, pro certo cognoui & satis per-

Kk

suasum

EUSEBII DE VITA

suasum habui, omnium ecclesiarum ædificia, vel negligenti-
 a corruisse vel impendentis periculi metu, minime pro-
 ut debuerat, refecta fuisse, frater charissime: Sic nunc cum
 libertas omnibus restituta sit, & draco ille, dei opt. max. ,
 providentia nostroque ministerio, de communi Reip. ad
 ministracione depulsus, arbitror equidem & virtutem ac
 potentiam diuinam omnibus satis constare, & eos, qui
 vel timore, vel infidelitate, in peccata lapsi sunt, cum il-
 lud quod reuera bonum est, satis perspiciant, in veram
 & rectam viuendi viam redituros. Quibuscunque igitur
 ecclesiis, vel ipse præsis, vel alii episcopi, presbyteri, &
 diaconi vbicunque terrarum, quos nosti, præficiantur,
 vobis omnibus videndum est, vt earum ædificia sedulo
 accurentur: quò vel ea quæ remanent reficiantur, laxio-
 raque fiant, vel vbi necessitas postulauerit, de integro
 exædificentur. Quæ vero res ad ædificationem necessa-
 rio requiruntur, eas quidem cum ipse, tum alii tuo nomi-
 ne à præfectis, & magistratibus prouinciarum perent, his
 ce enim per literas à me significatum est, vt omni studio
 & propensione animi ea, quæ fuerint à tua sanctitate præ-
 scripta, subministrent. Deus te frater charissime diu flo-
 rentem seruet. Ista literis prodita quibusq; ecclesiarum
 præsidibus, in singulis nationibus etatem degentibus, mis-
 sa fuere. Ea quoque sedulo exequi, quæ erant his con-
 gruentia, prouinciarum præfectis mandatum: ac quæ legi-
 bus erant sancita illa etiam reuera cum magna celeritate
 confecta.

Contra eidolorum cultum scripserit.

CAP. XLVI.

PRÆterea imperator cum sacrosanctam disciplinam,
 quæ ad dei cultum pertinet, augere studeret, omnibus
 prouincialibus cuiusque nationis, qui falso ido-
 latriæ errore ante ipsius ætatem implicati fuissent, lite-
 ras dedit, prudentique persuasione cohortatus est eos,
 qui ipsius parebant imperio, vt deum omnium autho-
 rem agnoscerent, & ipsum Christum palam & perspicue
 suum seruatorem esse profiterentur. Atque istas literas
 imperato-